



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S.
Engelbertvs || Archiepiscopus Co-||loniensiſ Princeps ||
Elector, &c.**

Gelenius, Aegidius

Coloniae Agrippinae, 1633

Caput Trigesimumtertium. De Puero quem à caduco morbo sanauit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9728

dericus Archiepiscopus quondam anachoretis Cisterciensibus cœnobium veteris Campi, loco amœnissimo ædificauit, A ita vt ab Aquilone Cliuiam, ob occidente Geldriam oppida spectaret.

Caput Trigesimum secundum.

De Muliere cuius filium paralyti liberauit.

Paralyti-
cus sanatur **M**VLIER quædam filium habens paralyticum, martyri vouit se cum filio, si eum sanaret, venturam ad eius monumentum, & munera ^B oblaturam. Votum mox consecuta est salus ægroti: & martyri iucundis animis persolutum est, quod fuerat promissum.

Notatio ad Caput Trigesimum secundum.

MAnuscript. dicit foeminam hanc fuisse ex villa Herckrode, iuxta Hemersberg, nomine Helewigem, filium appellatum Gerhardum, qui tribus mensibus sic paralyti de- cubuerat affixus lecto, vt vsu pedum amisso profus incedere non posset.

Caput Trigesimum tertium.

De Pueri quem à caduco morbo sanauit.

ALIA mulier, natione Geldrensis, Coloniae in parœcia S. Seuerini ^D degebat vidua cum matre sua & filio adhuc puero, qui miserè caduco morbo affligebatur. Quod cum mater ferret molestissimè, dixit quandoque matri suæ: Audio Episcopum ENGELBERTVM multis clare miraculis: quid si ducamus filium ad sepulchrum eius? Respondit Temeritas illa: Cras eum ducemus ad aram sancti Cornelij, quæ est in Ecclesia S. foeminae Seuerini. Is enim solet huic mederi morbo. Manè igitur veniunt ad altare, offerunt munera, & orant pro puero intentissimè. Ea die visus est Miraculū. planè liberatus à morbo puer. Itaque auia eius, tanquam improperans marty-

A martyri ENGELBERTO : En, inquit, antiqui sancti norunt beneficia præstare indigentibus. Postridiè rursus inuadit morbus puerum, solito etiam infestior. Id mater tremebunda conspiciens, puerum cum cereo adducit ad tumulum martyris ENGELBERTI, eumque plena fide illi imponit, oratque cum gemitu & lachrymis pro illo. Sanatur puer, nec unquam in morbum illum recidit.

Notatio ad Caput Trigessimum tertium.

B Manuscriptus codex testatur hunc puerum singulis diebus ante liberationem bis vel ter solitum linq̄ui animo, ac sub finem hæc verba subijcit: *Sicut testis est Plebanus prædictæ Ecclesiæ sancti Seuerini, nunquam postea idem puer reciduum passus est. Mira charitas Sanctorum: Non illum Cornelius corruentem curare voluit, & ut vexaretur seuerius Seuerinus permisit, quatenus in eius sanatione noui Martyris ENGELBERTI merita possent declarari.*

C §. Ad aram S. Cornelij, quæ est in Ecclesia S. Seuerini.

Anno salutis partæ 376. In honorem BB. Cornelij & Cy- BB. Tetdo
priani Martyrum à S. Seuerino Colonienfi Archiflamine & ENGEL-
basilica est excitata, quæ postea ab illatis ipsius Præfulis & in- BERTVS
stitutoris reliquijs S. SEVERINI ædes est nuncupata. Illustra- Præpositi
D uere illam olim Præpositi; Et quidem circa annum Domini S. Seuerini.
864. B. Theddo, qui relicto Cameracensi Episcopatu priua-
tam egit vitam, ac diuino cultui mancipatus. Tandem 4.
Septemb. obiit, inque S. Erasmi sacello Basilicæ continente
fuit conditus. Singulare ipsius inter cœlites patrocini-
um testari videntur, anathemata olim ad eleuatum ipsius sepul-
chrum oblata. Circa annum verò 1210. ornauit eam Sanctus
noster ENGELBERTVS, qui pluribus illam auxit cumula-
uitque priuilegijs, atque intra iurisdictionis ipsius terminos,